
Documentos para la historia de Benavente durante el reinado de Fernando II (1157-1188)

RAFAEL GONZÁLEZ RODRÍGUEZ*

Esta selección documental que ofrecemos pretende ser el anticipo de un estudio sobre el concejo de Benavente durante su período de formación y consolidación que esperamos poder publicar próximamente. Al mismo tiempo intenta llenar un vacío existente en el conocimiento de aquellos aspectos relacionados con la repoblación de la villa. El periodo elegido (1157-1188) se puede calificar de trascendental para la historia de Benavente ya que coincide con el reinado de Fernando II de León. Es bien conocido que este monarca fue el que dio el impulso decisivo en su desarrollo urbano, creando las bases de un extenso concejo situado en las inmediaciones de la frontera entre León y Castilla. Esta labor repobladora sería continuada y consolidada por su hijo y sucesor, Alfonso IX. También fue en esta ciudad donde según algunos testimonios falleció Fernando II en 1188¹. Sus restos fueron trasladados desde aquí a la catedral de Santiago de Compostela, donde reposan en un sepulcro atribuido al maestro Mateo.

A pesar de tratarse de un momento tan decisivo para la historia de Benavente, el Archivo Histórico Municipal² solamente conserva dos documentos relativos a este período: se trata de la renovación del fuero de la villa en 1167 y la concesión de las heredades de Vidriales, Tera y Carballeda por alfoz en 1181³. Por ello, la labor de búsqueda documental se ha centrado fundamentalmente en instituciones religiosas: monasterios, obispados, catedrales, órdenes militares, etc.

* Centro de Estudios Benaventanos "Ledo del Pozo". Email: rafamefecit@eresmas.com. Publicado en *Brigecio. Revista de Estudios de Benavente y sus Tierras* 3 (1993), pp. 229-250.

¹ Lucas de Tuy recoge la noticia de la muerte del rey en Benavente: *Caeterum rex Fernadus regni anno quinquagesimo primo feliciter consummato, obiit apud Beneventum, et in ecclesia sancti Iacobi Apostoli circa tumulum matris suae, et avi sui comitis Raymundi sepultus est*. López Ferreiro precisa aún más la fecha: el 22 de enero. Vid. A. LÓPEZ FERREIRO, *Historia de la Santa A. M. Iglesia de Santiago de Compostela*, Santiago, 1899, t. IV, p. 349.

² Se hace imprescindible la publicación de un catálogo de los documentos de este archivo que de a conocer la totalidad de sus fondos y facilite la labor del investigador.

³ Publicamos ambos documentos en los núms. 4 y 10 de esta colección.

Los 25 documentos que presentamos aportan datos sobre aspectos muy diversos de la villa. Algunos de ellos ya han sido citados en trabajos sobre la historia benaventana⁴, sin embargo otros, a pesar de que fueron publicados hace ya muchos años, se les puede considerar inéditos desde el punto de vista de su utilización en estudios sobre Benavente en la Edad Media. En cualquier caso es deseable que la progresiva publicación de colecciones diplomáticas proporcione nuevos documentos que completen esta serie que ofrecemos.

Esta colección documental no pretende ser una edición crítica de los textos. Su objetivo es fundamentalmente recopilar unos testimonios históricos extraordinariamente dispersos. Obviamente, se han respetado las transcripciones realizadas por los editores de los documentos, aunque se han intentado unificar criterios en cuanto a la puntuación, abreviaturas, uso de mayúsculas, ordenación de los párrafos, etc. Cuando se han podido consultar los documentos originales se han subsanado algunos errores, bien de transcripción o de imprenta.

⁴ Entre la bibliografía que se ocupa de Benavente durante el período medieval podemos destacar los siguientes trabajos: J. LEDO DEL POZO, *Historia de la nobilísima villa de Benavente*, Zamora, 1853; J. ALMOINA MATEOS, *Monumentos históricos y artísticos de Benavente*, Benavente, 1935; J. GONZÁLEZ, *Regesta de Fernando II*, Madrid, 1943; J. MUÑOZ MIÑAMBRES, *Nueva Historia de Benavente*, Zamora, 1982; M^a.D. GUERRERO LA FUENTE, *Historia de la ciudad de Benavente en la Edad Media*, Benavente, 1983; M^a.L. MACEDA CORTÉS, "El Concejo de Benavente de los siglos XII al XIV, En Estudios dedicados al profesor Angel Ferrari Núñez, t. II, Madrid, 1984; S. HERNÁNDEZ VICENTE, *El Concejo de Benavente en el siglo XV*, Zamora, 1986. En relación con el fuero de Benavente una puesta al día de la cuestión se encuentra en J. RODRÍGUEZ FERNÁNDEZ, *Los fueros locales de la provincia de Zamora*, Zamora, 1990.

1

1159, febrero.

Doña Sancha dona a Domingo Neto una heredad en el pueblo de Val de San Román. Documento fechado en 1159 "Cuando el rey don Fernando hizo poblar el alcázar de Maldrag".

Original perdido. Existe un resumen de él en ACA, Particulares, núm. 158.

CIT. P. RODRÍGUEZ LÓPEZ, *Episcopologio asturicense*, Astorga, 1907, p. 215. A. QUINTANA PRIETO, *El obispado de Astorga en el siglo XII*, Astorga, 1985, p. 405.

2

1164, septiembre, 6. Malgrat [Benavente].

Fernando II dona al monasterio de San Pedro de Montes la iglesia de San Pelayo de Morales del Rey, perteneciente a su realengo. El privilegio está fechado en Malgrat "cum rex Fernandus dedit villam ad populandum"

TVM, núm. 2, fol. 2.

ED. A. QUINTANA PRIETO, *Tumbo Viejo de San Pedro de Montes*, León, 1971, doc. 199.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Regum opera ad eternam sibi salutem animarum profutura sicut fiunt obliteratione indigna, ita sunt perpetua recolicione dignissima. Hinc, ad perpetuam, tam presentium quam succedentium fidelium, agnitionem atque memoriam hujus carte vivacitati nunquam morte condemnari provisum est, quod ego Fernandus, Dei gratia rex hispanorum pro remedio anime mee meorumque parentum, ecclesiam meam que dicunt Sancti Pelagii, que sita est in Morales, quod est meum regalengum juxta rivum Arya, ecclesiam itaque predictam cum omnibus suis pertinentiis quas in quibuscumque rebus habet vel habere debet, totam et integram dono et concedo monasterio sancti Petri de Montibus in manu domini Munionis ejusdem monasterii abbatis et monachis ibidem nunc et in posterum usque in finem Deo servientibus integre et absolute, cum omni quiete et pace habeant et possideant hereditario jure et quicquid inde voluerint faciant in perpetuum concedo.

3

Si quis igitur, tam de meo genere quam de alieno, hoc meum factum irrumpere temptaverit iram Dei omnipotentis et regis indignationem incurrat, et cum Juda Domini proditore penas in inferno luat eternas, et quod invadere presumpserit monasterio vel ejus voci in duplum restituat, et parti regie pro temerario excessu CC libras auri componat. Et hec carta firmum obtineat robur.

Facta apud Malgrat die VIII idus septembris, cum rex Fernandus dedit villam ad populandum. Sub Era MCCII^a. Regnante rege domino Fernando Toleti, Extremadura, Legione, Gallecia et Asturiis.

Ego Fernandus, Dei gratia rex hispanorum, hoc scriptum quod fieri jussi propria manu et robore, conf.

Johannes, archiepiscopus toletanus et Hispaniarum primas, conf. Stephanus, cemoensis episcopus, conf. Johannes, legionensis episcopus, conf. Fernandus, astoricensis episcopus, conf. Gunsalvus, ovetensis, conf. Johannes, lucensis, conf. Petrus, auriensis, conf. Suaris, cauriensis, conf.

Fernandus Rodericus, majordomus regis, conf. Comes Ramirus, conf. Comes Petrus, conf. Comes Fernandus, conf. Comes Alvarus, conf. Poncius de Minerva, conf. Ramirus Poncii, signifer regis, conf. Fernandus Roderici de Malgrat, conf.

Ego Petrus de Ponte, subnotarius regis.

Roderico Fernandi Cancellario existente scribi feci et robur impressi, conf.

3

1166, septiembre. Malograto [Benavente].

Fernando II libera a los hombres de la Puente de Deustambene de homicidio, fonsado, rauso y de todo fuero y jurisdicción real, constituyéndolos bajo el solo fuero y servicio del señor de la Puente.

ED. M. DE MANUEL, *Memorias para la vida del Santo Rey Don Fernando*, Madrid, MDCC, pp. 411-412. En privilegios de confirmación de Fernando III (1234), Alfonso X (1264) y Fernando IV (1305). J. RODRÍGUEZ FERNÁNDEZ, *Los fueros locales de la provincia de Zamora*, Zamora, 1990, doc. 16.

Facta quae pagine non traduntur facile absentibus elabuntur. Ea propter ego dominus Ferrandus, Dei gratia Hispaniarum rex, una cum uxore mea regina domina Urraca, per scriptum donationis firmissimum in perpetuum valiturum, Deo et Ponti de Deus tam bene.

Libero omnes homines qui in hereditate ipsius Pontis habitaverint de rauso, de homicidio, de fossado, de pedido et de omni voce et regio foro, ut nulli unquam inde serviant nec respondeant nec ullum forum faciant, nisi domino predicti Pontis.

Et hoc feci pro remedio anime mee et parentum meorum. Si quis igitur, tam de meo genere quam de alieno, hoc meum voluntariam factum irrumpere temptaverit, iram Dei omnipotentis, et Regiam indignationem incurrat, et cum Iuda, Domini proditore, in inferno sit dampnatus, et pro temerario ausu parti centum libras auri persolvat, et quod invaserit, domino ipsius Pontis in quadruplum reddat, et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta in Malograto mense septembris, era M.CC.III, eo anno quo eodem famosissimo rex cepit Alcantara.

1167, noviembre. Malgrad [Benavente].

Fernando II otorga fuero a la villa de Malgrad (Benavente) renovando, en parte, una carta anterior en la que se establecían los términos y los fueros, según el Fuero de León.

Archivo Histórico Municipal de Benavente.

ED. J. GONZÁLEZ, *Fuero de Benavente* de 1167, *Hispania IX* (1942), pp. 424-426. M^a.D. GUERRERO LA FUENTE, *Historia de la ciudad de Benavente en la Edad Media*, Benavente, 1983, doc. 1. J. RODRÍGUEZ FERNÁNDEZ, *Los fueros locales de la provincia de Zamora*, Zamora, 1990, doc. 17.

(*Christus*) Sub Christi nomine amen. Isti sunt quos dominus noster rex elegit qui suam uillam populent et iusticiam ibi teneant et totas hereditates fideliter diuident: Suerino, Fernandus Cotan, Petrus Monazino, Rodericus Micaeli, Lup Uiuiz, Munio Petriz, Stephanus Petriz, Dominicus Saluadoriz, Petrus Pelagii de Graliar, Andres Petriz, Martinus Muniiz, Roman Rei, Martinus Pelagii de Sancto Facundo, Petrus Michaeliz Maluino, Pelagius Uelidiz, Garcia Muniiz, Iohannes Michaeliz de Uillanoua, Magister Giraldo, Don Morant, Martinus Cidiz et don Fernandus Roderici quomodo dominus in eo quod ad regem pertinet et quomodo bonus uicinus in hoc quod pertinet ad uillam, et comes Urgeli quomodo dominus.

Ad uos prenomatus et a todo concilio de Malgrad ego rex don Fernando simul cum uxore mea regina dona Urracha facio cartam et firmamentum cum totas illas meas hereditates quas uobis dedi per suos terminos nouos et antiquos, iuxta foros de Leon, secundum illam cartam quam uobis primitus feci, in qua terminos et foros determinatur, et ideo renouo, quia fuerunt quidam uestri disturbatores et non mei amatores ad populandam.

Vobis itaque prefatis supradicto pacto do uillam meam ad populandum et ut meam uillam bene possim rehedificare tolo uobis annuale pectum per duos annos; alias omnes directuras date mihi fideliter et meis.

Mando uobis supradictis ut firmetis mihi per iuramentum super uos et super bona uestra ut fideliter diuidatis hereditates meas quas ego recepi et quas uobis do ad diuidendum fideliter, et detis eas illis qui casas in meam uillam fecerint et uestros foros adtenderint.

Et si quis hereditates comparauit et casam in Malgrad non habet perdat illas, et si uoluerit populare ueniat el polulet de nouo.

Firmamentum facio uobis ego rex don Fernandus quod neque per malos consiliarios, neque per lousiniadores, neque per uestros inimicos nil uobis minuam de hoc quod uobis do, et nil per timorem alicui faciatis nisi mihi et istis quibus ego do uillam meam faciendam. Adhuc mando ut supradicti uiri uideant quod infra terminos de Malgrad, tam de uestris quam de alienis, de seruitio quod ad me pertinet et de iusticia que inter uos fieri debet, nil minus habeat.

Adicio etiam quod nemo uendat hereditatem nisi prius casam fecerit, et illi tantum qui foro in uillam fecerit. Nolo ut se pro uicinus habeat qui in aldeis casam [no] habuerit uel in uillam, et per casam capitalem de uilla uindicet quod in aldeis habuerit.

Mando ut nullus sit ausus mercare ad aliam monetam nisi ad meam, et si quis fecerit perdat hereditatem et auer et faciant iusticiam de suo corpore.

Et istos foros supradictos uolo ut istis supranominatis iurent mihi ut firmiter illos teneant, et totum concilium iuret ut illos adiuuent; et si per illos remanserit, quos ego ibi misi perdant hereditates et auer et honores, si habuerint, et corpora remaneant in meas manus; et si per concilio remanserit, pectet mihi tres mille morabitanos, et bullitores perdant corpus et auer.

Volo etiam ut omnes hereditates alienas et religiosorum locorum in pace teneatis et nemini uim faciatis.

Si quis igitur, tam de meo genere quam de alieno, hoc meum factum legitimum uiolare temptauerit, iram Dei Omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et cum Datan et Abiron, quos uiuos terra absorbit, et cum Iuda, Domini proditore, in inferno penas luat eternas, et pro temerario auso regie parti centum mille morabitanos componat, et quod inuaserit uobis uoci uestre in duplum reddat.

Facta carta in Malgrad mense nouembris. Regnante domino Fernando cum uxore regina dona Urracha in Hispania. Ego Fernandus Dei gratia hispanorum rex hoc scriptum quod fieri iussi propria manu roboro et confirmo. Era MCCV.

(Signo rodado) SIGNUM FERDINANDI REGIS HISPANIARUM.

(1^a col.) Martinus Sancti Jacobi ecclesie archiepiscopus conf. Petrus Minduniensis episcopus et maiordomus regis conf. Fernandus Astoricensis episcopus conf. Iohannes Legionensis episcopus conf. Gundisaluus Ouertensis episcopus conf.

(2^a col.) Comes Vrgel conf. Comes Petrus conf. Comes Ramirus conf. Comes Poncius conf. Comes Rodericus conf. Ranimirus Poncii signifer regis conf.

Ego Petrus de Ponte, domini regis notarius. Archidiacono Roderico cancellario conf.

Adiciones posteriores:

Illud uero quod me rogastis, uobis firmiter concedo, uidelicet, quod si quis magister cuiusque operis, siue clericus, siue laicus, suum discipulum uel alumpnum ob casusam discendi siue corrigendi percusserit et de ipsa percussione obierit, nichil pro eo pectet, nec sit omicida.

Et si uir uxorem legitimam cum qua bona uita habuerit, sicut homine facere, percuserit et inde obierit, nichil pectet neque de suo aliquid perdat, nec sit omicida.

Et de filiis a patre uel a matre percusis, si obierint, similiter mando ut supradictum est de uxoribus et de discipulis.

Nos igitur alcaldes et totum concilium, per mandatum domini regis firmiter statuimus ut si aliquis domos seu uineas uel hereditates per tres annos possederit et in ipsis tribus annis aliquis illum pro illis non pignoraerit uel in concilium querimoniam non fecerit, post tres annos nulli de illis respondeat, et qui eum inquietauerit pectet alcaldibus et maiorinis C morabetinos, et perdat uocem.

Signa escuset XII hominem de fossato. Unusquisque alcalde excuset III. Qui tenda rotunda leuauerit excuset IIII. Et istos excusatos sint pedites. Scriuanus de concilio scribat illos et excuset unum. Qui armas portauerit de ferro et de ligno excuset III homines.

Qui infirmus fuerit non eat in fossatu nec pectet fossatariam. Qui senex fuerit et in sua domo filium uel sobrinum non tenuerit qui fossatum bene possit complere, non eat in fossatum. Qui uxorem amiserit, ipso anno non eat in fossatum. Qui in Romariam fuerit non pectet fossatariam.

Qui istas cartas tenuerint non pectet.

1175, abril, 11.

Sancho Ordóñez, junto con sus hijos, cede a su hermana Sancha Ordóñez, a sus hijos y al Monasterio de Vega su propiedad en Escurriel, a cambio de cuanto a los segundos les correspondía en Moral, Villamayor, Ardaballones y Soto. Añade a esta donación unas casas que tiene en Benavente.

Col. Sobreira, copia.

ED. L. SERRANO, *Cartulario del Monasterio de Vega*, Madrid, 1929, doc. 71.

In Dei nomine. Ego Sancio Ordoniz, una pariter cum filiis meis Sionm Santiez, Mayor Sanchez cum viro suo Petro Gutierrez, tibi germana mea Sancia Ordoniz cum filiis tuis Gundisalvo Roderiguiz, Maria Roderiguiz, Mayor Roderiguiz, Gelvira Roderiguiz et priora domna Mophalo una cum conventu suo de Sancta Maria de Monaster de Vega, tam fratrum quam sororum, in Domino Deo eterno, amem.

Placuit nobis pro bono pacis et voluntas nullius quogentis imperio nec suadentis articulo, nec pro metu ne per ebritas vino sed per proprias nostras mentes consideratas, ut facimus cartam concambiationis de nostra hereditate in vestras, scilicet, damus vobis Escurriel quantum nobis pertinet de incartatione de rex Fernandus vel de comparatione pro suis terminis certis et directis. Ista hereditate habet iacentia super flumen Ceia, cum suos exitus, cum ecclesia, terras, vineas, pratis, pascuis, fluminis, molinariis, divisiis, fontes, montes, ingresu et regresu, quantum nobis pertinet per ubicunque potueritis invenire et inquirere. Et ego, Sancia Ordoniz, et filiis meis et priora domna Mophad et omni conventu de Monaster de Vega, tam fratrum quam sororum, damus vobis scilicet Moral, Villamayor, Ardavallones et quarta de Soto. Ista hereditates damus vobis quantumcunque habemus vel habere debemus cum ecclesias, cum rivis, etc., etc.

Facta carta concambiationis notum diem quod erit tertio idus Aprilis, era MCCXIII.

Et ego Sancio Ordoniz cum nostra hereditate do vobis meas cassas quas ego habeo in Benavente. Regnante rex Fernandus cum uxore sua regina Urraca in Legione et in Asturia et in Extremadura. Fernandus Roderiguit in Benavente. Gundisalvo Osoriz in Valderas. Vilicus regis Johan Gallecius. Episcopus Johanes in Legione. Arnaldus episcopus Astoricensis. Fernan Gaschon, tenente ponte de Orbego.

Et fuerunt auditores et confirmatores concilio de Benavente et concilio de Val de Escurriel, et de Escurriel Garcia Fernandez.

Roderico Ordoniz conf. Fernan Johans de Barrientos conf. Fernan Guterrez de Veniamores conf. Petro Cativo conf. Petro Fernandez de Vamiudes conf. Fernando Petriz conf. Fernando Michaeliz conf. Rodericus Michaeliez conf. Don Ramnad conf. Monio Petriz conf. Don Lope conf. Petrus, Joanes, Dominicus testes.

Et ego Sancia Ordoniz et filiis meis et priora domna Mophalda et omni conventu manus nostras roborabimus et signum facimus. Johanes que notuit.

1178, marzo, 20.

Bula de Alejandro III en la que confirma todos los privilegios y propiedades de la Iglesia compostelana, entre ellas: "... et in Benevento ecclesiam Sancte Marie de Ventosa et villas quas habetis in episcopatu ovetensi ..."

ED. A. LÓPEZ FERREIRO, *Historia de la Santa A. M. Iglesia de Santiago de Compostela*, Santiago, 1901, Vol. IV, ap. doc. 52.

[¿1178?]

El abad del monasterio de San Pedro de Montes, don Egido, hace un pacto con el arcediano (de Benavente), Petrus Suerii, y con Martino relativo a una heredad en Morales del Rey.

TVM, núm. 166, fol. 14.

ED. A. QUINTANA PRIETO, *Tombo Viejo de San Pedro de Montes*, León 1971, doc. 220. Quintana Prieto otorga a este documento la fecha orientativa de 1178. El abad Egido se documenta entre 1175 y 1200. El arcediano Petrus Suarii aparece en 1182 en el documento nº 15 de esta colección.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego dominus Egidus, divina miseratione Sancti Petri de Montibus abbas, cum consensu et voluntate conventus ipsius monasterii tale pactum cum Archidiaconus Petrus Suerii et cum Martino de bona fe facio. Ipsi vero, pro remedio animarum suarum, dant monasterio sancti Petri unam jugariam de bona hereditate in villa que vocitant Morales de Re, circa flumes de Aria, jure hereditario perpetuo possidendam. Constituendum se omni tempore debitores et ubi necesse fuerit nobis et ipsius quomodis diligentius insudare. Nos vero, prout debemus sanam et devotam eorum consicienciam et munus jam dicte hereditatis vel gratuito collatum considerantes, eos in nostris beneficiis tam spiritualibus quam temporalibus devote recipimus, assignantes eis annis singulis XX aureos bonos et directos in festo sancti Martini, toto tempore vite sue possidendos. Hos siquidem aureos eis habendos concedimus in duabus jugariis de nostra hereditate quam habemus in ipsa villa de Morales de Re. Ita quod si ipsos aureos in festo ipso sancti Martini eis non persolverimus, jam dictas jugarias cum suis pertinentiis autoritate tam nostra quam sua in prestimonium, ut dictum est, recipiant. Tenentur tamem ipsa jugaria quam nobis dant ab omni inquietacione tam regis quam concilii de Benavento semper liberare et illas duas quas eis concedimus in tota vita sua possidere.

Donnus Egidus abbas, conf. Prior Johannis Pascal, conf. Petrus Dei, sacrista, conf. Johannis Stephani, capellanus, conf. Totus conventus ipsius monasterii, conf. Archidiaconus Petrus Suerii, conf. Martinus Garsie, Presbiter Sancte Marie, ts. Johannis, presbiter, donnus

Facundus Sancte Marie, ts. P[etrus] Monniz, Sancte Marie, ts. Dominicus Carvalles, ts. Bartolomeus Fernandus Romani de clerecia regis, conf. Dominus Nunus, notarius concilii de Benevento et totum concilium de Morales de Re hujus pacti testantur efectum.

Michael, sancti Petri monachus, notuit.

8

1180, agosto, 31. Salamanca.

Fernando II da a la Iglesia de Oviedo y a su obispo Rodrigo el diezmo de las rentas de Benavente y la mitad del peaje de Gordón.

ACO, Serie B, carp. 4, núm. 6.

ED. S. GARCÍA LARRAGUETA, *Colección de documentos de la Catedral de Oviedo*, Oviedo, 1962, doc. 198.

(*Crismon A W*) In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti que ab uniuersis Christi fidelibus in una Deitate colitur et adoratur. Catholicum decet principem sancta loca debita ueneratione confouendo largis ditare muneribus et preclaris priuilegiorum semper decorare prerogatiuis; tunc enim glorie meritum et eterne retributionis premium sibi comparat cum circa ea que Dei sunt deuotum se exhibens eius per quem regnat ecclesiam pio intendit proposito tueri et exaltare.

Inde est quod ego rex domnus Fernandus una cum filio meo rege domno Adefonso intuitu et reuerencia ecclesie Sancti Saluatoris de Oueto do, confirmo et concedo in perpetuum eidem ecclesie Ouetsi et tam uestris, dilecte episcope noster Ouetsis domne Roderice, quam uestrorum ca[no]nicorum successoribus decimum omnium reddituum de Beneuento et decimum pedagogii tocius de Gordon iure hereditario et cauterio regio semper possidendum quod ab hac die idem cum uniuersis directuris et pertinenciis suis habeatis integre et possideatis et de ipso non minus uelle uestrum faciati sicut et de his omnibus hereditatibus que ad uestre ecclesie supradicte noscuntur pertinere. Cauto etiam has partes uestras superius dictas et libero ab omni iure et regali uoce omni tempore quod deinceps nemini liceat uel maiorino regis uel sagioni, nobili uel ignobili, uel et alicui de parte regia uel extranea ... as exigere uel super huius perpetue donationis directuris disturbare, aliquid auferre seu alienare. Huius autem oblationis donationem facio et confirmationem ecclesie Ouetsi et uobis dilectissimo meo domno R[oderico] eiusdem ecclesie reuerendo antistiti et omnibus concanonicis uestris et successoribus uniuersorum uestrorum in perpetuum ualituram amore Dei et salute animarum mearum ac parentum nostrorum et ad uestre ecclesie exaltationem de rogatu et consilio curie mee procerum, pro bono seruicio quod mihi fecistis et in carte roborationem propter seruicium quod Sancto Saluatori semper exhibebitis cuius retributionem et mercedis eterne premium huiuscemodi munere et deuocionis oblationem desidero promereri. Et ad quoscumque pagine presentis tenor peruenerit hii si fideles proieniei nostre fuerint et amici quod semper duraturum facimus, damus atque concedimus precibus nostris et ammonitionibus deducti, contra omnes defendentes, ratum habeant et omni potencia sua studiosa fortiter manuteneant.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istud factum meum spontaneum infringere presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, cum Iuda Domini proditore, Datan et Abiron quos terra uiuos absorbit, in inferno sit dampnatus et pro ausu temerario quantum inuaserit in quadruplum reddat et regie parti. .X. libras auri purissimi in penam persoluat maledictus. Et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta apud Salamancam, II^o kalendas septembris sub era M. CC. XVIII. Regnante rege domno F[ernando] Legione, Gallecia, Asturiis et Extremadura.

Ego rex domnus F[ernandus] una cum filio meo rege domno A[defonso] hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

(1^a col.) Petrus Sancte Compostellane ecclesie archiepiscopus conf. Iohannes Legionensis episcopus conf. Iohannes Lucensis episcopus conf. Rodericus Ouetensis episcopus conf. Vitalis Salamantinus episcopus conf. Alfonsus Auriensis episcopus conf. Bertrandus Tudensis episcopus conf. Rabinatus Minduniensis episcopus conf. Welmus Cemorensis episcopus conf. Petrus Ciuitatensis episcopus conf. Fernandus Astoricensis episcopus conf. Vacat Cauriensis episcopatus. Pelagius de Lauro cancellarius conf.

(*Signo rodado*) SIGNUM FERNANDI REGIS HISPANORUM.

(2^a col.) Ermengotus comes Urgellensis regis F[ernandi] maiordomus conf. Velascus comes in Limia conf. Gumez comes in Transtamar conf. Fernandus comes in Lemos conf. Gumez comes de Castella conf. Gunzaluus Roderici signifer regis conf. Froila Ramiriz conf. Veremudus Aluariz conf. Fernandus Arie conf. Fernandus Roderici de Beneuento conf. Pelagius Tabladellus conf. Aluarus Didaci conf. Pelagius Keysal conf. Guterrus Sebastiani conf.

Ego Bernardus domni regis Fernandi notarius per manum Pelagii de Lauro Compostellani archidiaconi cancellarii mandauit scribere et ab his rogatus suscribere.

9

1181, enero, 29. Mansilla de la Mulas.

Fernando II otorga fuero a Mansilla de la Mulas, entregando diversas heredades como alfoz y concediendo el mismo fuero que tienen en Benavente.

ED. J. GONZÁLEZ, *Repoblación de Mansilla*, Hispania, II (1942), pp. 279-286. J. RODRÍGUEZ FERNÁNDEZ, *Los fueros del reino de León*, León, 1981, pp. 129-131.

(*Christus*) In nomine sanctae et inuiduae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, que ab uniuersis Christi fidelibus in una Deitate colitur et adoratur. Incomoda obliuionis multociens sentimus cum ea que facimus scripti memorie non commendamus.

Quapropter ego rex donus Fernandus una cum filio meo rege domno Adefonso, ad honorem meum et tocuis successionis meae et uniuersorum populorum de Mansella et etiam ad incrementum tocuis regni mei, Mansellam populo et do et concedo populatoribus, filiis et nepotibus et toti ipsorum generacioni in perpetuum istas hereditates: Villam Zalama integram, Villam Goza integram, Villam Filioura integram, Villam Sancti Romani integram, Villam Rebolar de Uarga de Rey integram, Villam Longos integram, Aceniam integram, Villam Quintanelas de

Paramo integram preter curralem cum octo iugariis ad partem, uidelicet, cum omnibus directuris et pertinentiis suis cum pratis, pascuis et riuis, montibus, fontibus, terris cultis, et incultis cum molendinis, ingressibus et egressibus, per omnes terminos suos nouissimos et antiquos per ubicumque populatores potuerint inuenire. Item de his aliis uillis que non sunt integre do et concedo populatoribus et omnibus eorumdem successoribus primo quantum habeo et mihi pertinet in Uilla Orel, quantum habeo et mihi pertinet in Castrello, quantum habeo et mihi pertinet in Uilla Fane, quantum habeo et mihi pertinet in Uilla Sauarigo, quantum habeo et mihi pertinet in Uilla Moros, quantum habeo et mihi pertinet in Uilla Uirtuz, quantum habeo et mihi pertinet in Uilla Malelos, quantum habeo et mihi pertinet in Sobradelo, quantum habeo et mihi pertinet in Uilla Donarela, quantum habeo et mihi pertinet in Uillaguer, quantum habeo et mihi pertinet in Melanzos, quantum habeo et mihi pertinet in Sancta Eugenia, quantum habeo et mihi pertinet in Uilla Burgala, do totum quod est in Ualle de Abillar cum omnibus directuris suis et do Castro Roda cum pertinentiis suis et que pertinent istis uillis supradictis de regia parte et insuper do ualle et Mansella omnibus populatoribus cum totis suis hereditatibus, exceptis uineis que modo ibi sunt et primi habitatores habebant et pro uineis populatores habeant Sanctum Romanum et terras que face yras uille et quicumque habitatorum uineas non habuerit partem capiat suam per omnia cum aliis populatoribus. Deinde do et concedo uobis populatores omnes hereditates quas in alfoz uestra inueneritis rengalengas do et concedo omni generacioni uestre tale forum quale habent et lucrauerint in Benaunto et etiam concedo uobis ut de pane cocto nullum forum faciatis. Preterea libero uobis istas hereditates ab omni regali iure, quas uobis omnibus cauto, quod ab hac die nemini liceat maiorino regis uel sagioni aut alii de parte regia uel extranea in eas intrare uiolenter seu contra populatores inde quicumque auferre uel alienare.

Hanc autem donationem facio semper ualituram uobis populatoribus de Mansella et toti uestre generacioni ob remedium anime mee et parentum meorum et de consilio nobilium curie mee pro bono seruicio quod ego et filius meus rex Adefonsus et omnis successio mea habere confidimus in perpetuum.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere hoc meum factum utile spontaneum infregerit iram Dei Omnipotentis ei regiam indignacionem incurrat cum Iuda Domini proditore, Datam et Abiron quos uiuos terra absorbit gehenam perpetuam patiat et pro suo auso temerario quantum contra populatores de Mansella inuaserit reddet in quadruplum et regie parti centum milia aureorum in penam componat et ut hoc datum et concessum semper maneat firmum et inconcussum presens scriptum facio et tam regio robore quam nobilium meorum subscriptionibus communitio.

Facta carta apud Mansellam IIII^o Kalendarum februarii sub era M^a CC^a XVIII^a. Regnante rege domino Ferdinando Legione, Gallecia, Asturiis et Extremadura.

Ego rex domnus Ferdinandus una cum filio meo domno Adefonso hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore confirmo.

Petrus sanctae compostellanae ecclesiae archiepiscopus conf. Iohannes Legionensis episcopus conf. Iohannes Lucensis episcopus conf. Rodericus Ouetensis episcopus conf. Vitalis Salamantinus episcopus conf. Alfonsus Auriensis episcopus conf. Bertrandus Tudensis episcopus conf. Rabinatus Minduniensis episcopus conf. Wilelmus Cemorensis episcopus conf. Petrus Ciuitatensis episcopus conf. Fernandus Astoricensis episcopus conf. Vacat cauriensis episcopatus.

(Signo rodado) SIGNUM FERNANDI REGIS HISPANORUM

Ego Comes Urgellensis regis Ferdinandi maiordomus conf. Velascus comes in Limia conf. Gumez comes in Transtamara conf. Fernandus Poncii comes conf. Gumez de Castilla comes conf. Gunzaluus Roderici regis signifer dominans in Mansella conf. Guterrus Roderici dominans in

Benevento conf. Rodericus Lupiz dominans in Legione conf. Rodericus Ferdinandi in Cuianca conf. Alfonsus Lupiz in Gralar conf.

Ego Bernardus domini regis notarius per manum Pelagii de Lauro archidiaconi regis cancellarii scripsi et presens conf.

10

1181, marzo, 10. Benavente.

Privilegio rodado de Fernando II por el que concede por alfoz al concejo de Benavente las heredades de Vidriales, Tera, Carballeda y el castillo de Mira.

Archivo Histórico Municipal de Benavente.

ED. M^a.D. GUERRERO LA FUENTE, *Historia de la ciudad de Benavente en la Edad Media*, Benavente, 1983, doc. 2.

(Christus alfa et omega) In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Amen. Plerumque oblivionis incomoda sentimus quaquinque que facimus scripto non commendamus. Eapropter ego rex domnus Fernandus una cum filio meo rege domno Alfonso, ad maius augmentum populationis de Benevento et ut melius solito a populatoribus servicium habere possim, cartam facio donationis concilio de Benevento, tam presentibus quam futuris, et omni earum generationi in perpetuum de siquis meis hereditatibus qua dono semper concedo per alfoz de Benevento. Do videlicet Vidriales, Teyram et Carvaledam, cum omnibus directuris et pertinentiis suis similiter et quantumcumque est in his hereditatibus de regalengo ... illo sicus posito quod hedificare ibi templum et hospitale per omnibus terminus suos novissimos et antiquos, scilicet quomodo dividit:

Ex una parte de Auterio de Lila, quomodo dividit Carvaleda cum Sanavra per ipsum Auterium de Lila per Son Palomba e vadit per Hermidam quomodo dividit Doney cum Ranvano et tendit usque ad pinna de Meutunla et descendit ad iugum, scilicet, usque ad portellum Sancti Filipi et dividit cum Cabreyra et cum Valdaria. Ex altera vero parte ipsius Auterrii de Lila. Semper concedo per eos terminos escilicer, per vadum de Sorveyra et inde per pinnan de Sculqueyra et ascendit usque ad pinna de Lamedam sicut dividit cum Aliste et cum Tavara.

Hoc autem do in perpetuum vobis, populatores de Benevento, per Alfoz vestro termino ut supradiximus quod in omnibus foris vestris faciendarus et regiis vocibus homines de his terminus. Voviscum respondeant et satisfaciant et donationem vestram istarum hereditatum inter vos divitatis cum amore et paciencia quas ut vobis omnibus confirmo sicut estabant in die mortis patris meis imperatoris.

Ceterum quicumque habitaberit in Benevento in istis terminis et alfozis non det portaticum de ulla re sua quam forum portaverit neque det terraticum de aliqua venatione quam forum duxerit et hec omnia libero et absolvo de illo iure regalem quam voci regia ... Cauto etiam easdem hereditates quod semper ipsas in pace e quiete (de Benevento) habeat possideat et totum velle suum de eis faciat sicus meis hereditatibus quas nec melius habet et possidet.

Huius autem donationis confirmationem perpetuam facio in concilio de Benevento presentibus et futuris et tota sue generatione in perpetuum ob remedium anime mee et parentum meorum et de consilio et provisione procerum curie mee per aumento ville de Benevento et per

meo servicio de cetero melius habendo et etiam per istius careat roboratione per duobus mille et quinquentis morabitanis quos mihi dat concilium ut hoc factum mee et a filio meo rege domno Alfonso et a tota mea successione concessum stabile maneat firmiter per quod similiter cum his omnibus hereditatibus supradicti toti concilio de Benevento.

Et dono et concedo castillum de Mira cum omnibus directuris et pertineciis suis ut ipsum adius suum melius defendendum et ut semper sit bene munitum populatum custoditum ad servicium meum et sucessionis mee habeat concilium de Benevento et possideat in perpetuo.

Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istud factum meum spontaneum infregerit iram dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat et cum Iuda Domini proditore Datam et Abirom quos vivos terra absorbitur gehenam perpetuam patiat et pro ausu temerario quantum de istis hereditatibus invaserit concilio de Benevento in quadruplum reddat et regie parti centum libras auri in pennam componat. Et ut hoc factum stabile semper sit et firmum presens scriptum facio et tam regie et quam nobilium meorum suscriptoribus communio.

Facta carta apud Beneventum VI idus marci sub era M.CC.XVIII. Regnante rege domno Fernando Legione, Gallecia, Asturiis et Extremadura.

Ego rex domnus Fernandus cum filio meo rege domno Alfonso hoc scriptum quod fieri iussi proprio robore et confirmo.

Ego Fernandus Roderici castellanus conf. Ego Comes Urgellensis regis Fernandus maiordomus conf. [Pe]trus sancte compostellane ecclesie archiepiscopus conf.

(1^a col.) Manricus Legionensis electus conf. Johannes Lucencis episcopus conf. Rodericus Ovetensis episcopus conf. Vitalis Salamantinus episcopus conf. Alfonsus Auriensis episcopus conf. Bertrandus Tudensis episcopus conf. Rabinatus Minduniensis episcopus conf. Velelmus Cemorensis episcopus conf. Petrus Civitatiensis episcopus conf. Fernandus Astoricensis episcopus conf. Vacat Cauriensis episcopatus conf.

(Signo rodado) SIGNUM FERNANDI REGIS HISPANORUM

(2^a col.) Velascus comes in Limia conf. Gumez comes in Transtamar conf. Fernandus Poncii comes conf. Gumez comes de Castilla conf. Gunzaluus Roderici regis signifer conf. Guterrus Roderici dominans in Benevento conf. Rodericus Lupiz dominans in Legionibus conf. Alfonsus Lupiz dominans in Graxar conf. Rodericus Fernandi dominans in Cuianca conf. Pelagius Nichole dominans in Villarpando conf. Pelagius Tabladellus conf. Fernandus Roderici de Benevento conf. Petrus Captivus dominans in Tedra conf. Rodericus Petri conf.

Petrus d-Areys Sancti Iohannis Hospitalis per Hispaniam prior. Ego Bernardus domini regis notarius per manum Petri de Lauro compostellani archidiaconi cancellarii scripsi et presens confirmat.

11

1181, marzo, 25. Villalpando.

Nuño Peláez y su mujer Alda donan el castillo de Courel a Pedro Fernández, maestre de la Orden de Santiago, y a sus freires.

TML, Lib. 1, d. 24, pp. 31-33.

ED. J.L. MARTÍN RODRÍGUEZ, *Orígenes de la Orden Militar de Santiago*, Barcelona, 1974, doc. 121.

... Hanc namque donationis cartam post domini regis F. et nepotis sui regis domini A. pacem et concordiam et post Veneventi concilium quo maxima pars regni sui pontificum seu ecclesiarum prelatorum ceterorumque regni sui illustrium ac nobilium virorum conventum una cum domino rege F. habere dinoscitur, quo maximam donacionis sue partem cassari voluit, ut nostrum firmum et stabile et inviolatum permaneret donum fieri decrevi ...

12

1181, marzo, 30. Castrotorafe.

Fernando II confirma las propiedades de la Orden de Santiago.

TML, lib. 3, d. 61, pp. 160-163.

ED. J. GONZÁLEZ, *Regesta de Fernando II*, Madrid, 1943, pp. 305-307. J.L. MARTÍN RODRÍGUEZ, *Orígenes de la Orden Militar de Santiago*, Barcelona, 1974, doc. 122.

... Hec omnia supradicta concedo et confirmo Milicie Sancti Iacobi imperpetuum a tempore illo quando concilium meum cum meis hominibus feci apud Beneventum ubi statum mei regni melioravi et omnes incartaciones michi accepi, et istas ibi confirmavi cum omni suo iure quod unaqueque illarum obtinere debet ...

13

1181, septiembre.

Pedro Arias, prior de la orden del Hospital de San Juan, recibe bajo su protección la obra de la iglesia de San Juan de Benavente, que había comenzado a edificar doña Aldonza, hija del conde Osorio y la condesa Teresa.

AHN, Ordenes Militares, San Juan, Castilla, 1-55.

ED. S. GARCÍA LARRAGUETA, *La orden de San Juan en la crisis del Imperio hispánico*, Hispania (1952), XII, Doc. 24.

(*Crismón*) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Presentes sciant et posteri quod ego Petrus de Areis, Dei nutu in Hyspaniis prior, et omnes fratres sancti Ospitalis cum consilio et auctoritate domni Iufreo, Iherosolimitano acomendatori, pari et comuni assensu accepimus consilium salubrem quatinus opus illud quod domna Eldoncia comitis Osorii et Tareise comitisse filia, in honore Dei omnipotentis et beate Marie et beatissimi Iohannis Babtiste et in honore Sancti Ospitalis in Benevento cepit hedificare cum nostro consilio et auctoritate in cassum ob nostri dedecus et imperfectum ne remanere videretur, ipsa enim iam dicta domna Eldoncia cepit

hedificare ecclesiam ex sectis in quadratis lapidibus; et quia tantum et tale opus sine nostro adiutorio perficere non valet, nos damus ei adiutorium ad perficiendum. Et ne in posterum oblivionis hoc factum fuscaretur nebula, pagine tradidimus. Determinavimus igitur census et hereditates et huic iamdicto operi dedimus et semper ibi serviturus concedimus donec ad perfectione perveniat. Hec sunt nomina hereditatum quas ibi damus: Quantum in Beneventum habemus et in Sanctam Marinam, in Villa Queyxida et in Villafer et quantum habemus in Villa Queyxida usque in Beneventum, et quantum habemus a Benevento usque ad villam que dicitur Val, et quantum habemus in Val, et quantum habemus in a Benevento usque ad Aravalde, et tota Aravalde et usque ad Mairén, et usque ad Saludes et quantum habemus in Saludes et in Mayren et quantum habemus in Sanctam Marinam de Requeyxo. Omnes has hereditates cum omnibus suis directuris et pertinenciis ab integro damus et concedimus supradicto operi ut tándiu ibi serviant donec perfectus sit. Et ab hac die non habebimus licenciam nos nec nostri successores ab ipsis hereditatibus aliquid auferre vel extraere, set ab integro reserventur ad opus supradicte ecclesie quam, ut diximus, domna Eldoncia hedificat. Ille frater qui procurator huius operis extiterit et acomendator in supradictis villis et hereditatibus fuerit nullum servicium nobis inde nec nostris successoribus faciat nec aliquid alicui inde det, nisi tantum quod sibi placuerit. Et si aliquid in supradictis locis et terminis sanctus Ospitalis adquisierit, totum damus et concedimus iamdicto operi. Et ego Eldoncia Osorii, pro tanto beneficio quod vos datis ecclesie sancti Iohannis quam ego in honore santi Ospitalis construo, do et concedo sancto Ospitali, ut singulis annis terciam habeat de omnibus hereditatibus quas sancto Ospitali dedi, excepto de Mairén et Saludes et Val de Iuguelo et Val de Iunco eremo. De aliis autem hereditatibus habeat totam terciam sanctus Ospitalis sicut et de ceteris suis hereditatibus.

Facta carta era M^a CC^a XVIII^a, mense septembris. Regnante rege Fernando cum filio suo rege Alfonso in Legioné, Gallecia, Asturiis, Extremadura. Maioredomus comite Urgeli. Signifero Gundisalvo Roderici de Azafra. Roderico Ovetensis ecclesie episcopo. Anrico Legionensis episcopo. F[ernandus] Astoricensis episcopo.

Ego Petrus de Areis prior et totum capitulum hec scriptum quod fieri iussimus, propriis manibus roboramus, confirmamus et signum fieri iussimus. Et ego Eldoncia Osorii propria manu roboro et confirmo (*signo*). Nunus notuit confirmat.

(1^a col.) Don Suerino conf. Petrus Melgar conf. Petrus Frolaz conf.

(2^a col.) Petrus Sancti Vicencii conf. Garcia Ramirez conf. Lop Diaz conf.

(3^a col.) Fernandus Martiniz conf. Didacus Iohannis conf. Garcia Roderici conf.

(4^a col.) Petrus Monazino conf. Petrus Roderici conf. Rodericus Micaeliz conf.

(5^a col.) Nichola Pelaiz conf. Rodericus Martiniz conf. Roman Rei conf.

(6^a col.) Stephanus Petri conf. Petrus Martiniz conf. Fernandus Cotan conf.

1181, diciembre, 12.

Rodrigo Pérez, Pedro Peláez, Rodrigo Fernández, Jimena Gómez, Rodrigo Muñiz, Gonzalo Rodríguez y sus familias fundan y dotan el monasterio de San Salvador, en territorio de Polvorosa, bajo la Orden de Santa María del Cister, con la condición de que la abadesa de

dicho lugar sea siempre de la familia de los fundadores. Así mismo, el monasterio debe ayudar a los miembros de la familia que caigan en la pobreza.

Copia procedente del monasterio de Gradefes.

(*Christus*) In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, cuius imperium et regnum permanet per nunquam finienda secula seculorum. Amen. In honore Domini nostri Iesu Christi, et Beate Marie semper Virginis, et Beati Michaelis Archangeli, Sancti Isidori, sanctorum Apostolorum Andree, Ioannis, et Iacobi, Sancti Vicentii Levite, sanctorum Torquati, et sociorum eius sanctorum Sperati et Marine, sanctarum Iuste et Rufine, in quorum honore ecclesia fundata est in uilla que Sancta Columba dicitur, territorio Puluurera secus fluuium Auruego.

Ego Rodericus Petri et Gundisaluo Petri, Petrus Petri, Tareisa Petri, Urraca Petri. Et ego Petrus Pelagii, Fernandus Pelagii, Aluarus Pelagii, Urracha Pelagii, Iulana Pelagii. Et ego Rodericus Fernandi, filius Fernandi Captiui. Et ego Exemena Gomez et ego Rodericus Muniz, et Fernandus Muniz. Et ego Gundisaluuus Ruderici, una cum subrinis meis Gundisaluuus Petri, Garsia Petri, Maiore Petri. Nos omnes diuino accensi amore illud Euangelicum attendentes preceptum qui sit: Date et dabitur uobis. Et illud: Date eleemosinam et omnia munda sunt, quia sicut aqua extinguit ignem ita eleemosina extinguit peccatum; damus et concedimus ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum predictum monasterium Sancti Saluatoris cum omnibus hereditatibus sibi pertinentibus tam populatis quam non populatis, cum fluuiis et ribulis, molendinis, pratis, montibus, pascuis, et cum omnibus suis directuris et pertinentiis Deo Omnipotenti. Tali siquidem ratione ut ab hac die semper ibi abbatisa habeatur benedicta et sanctimoniales que seruiant Deo sub Regula Sancti Benedicti in Ordine Sancte Marie de Cistels. Abbatisa uero huius monasterii semper sit de progenie eorum qui in hac charta scripti sunt. Si forte euenerit ut conueniens abbatisa de nostra progenie non inueniatur, eligatur abbatisa de ceteris sanctimonialibus huius monasterii Deo seruientibus. Abbatisa uero huius monasterii semper eligatur consilio conuentus sanctimonialium huius monasterii et nostri, uel nostra posteritatis, quos domine huius monasterii inuenerint. Si autem uxores nostre, uel sorores nostre, uel filie vel nepte, uel aliqua de nostra posteritate progenite habitum monachalem recipere uoluerit, et sub regula Sancti Benedicti, et Sancte Marie de Cistels claustraliter cum sanctimonialibus conuersare uoluerit, omnino recipiantur, siue bona, siue male sint. Et si aliquis homo de nostra posteritate oppressus fuerit paupertate, uel nimia infirmitate, uel misellus fuerit quod aliter non possit uiuere, recipiatur in hoc monasterio, et detur ei rationem et lectum cum aliquo stramento. Hoc autem precipue mandamus quod abbatisa, uel sanctimoniales non habeant potestatem donandi hoc monasterium alicui regi, uel alicui concilio terre. Si autem committere voluerint, perdant ipsum monasterium. Et notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod si domine huius monasterii non potuerint Deo seruire secundum Ordinem Sante Marie de Cistels monasterium illud, cum omnibus suis hereditatibus, et pertinentiis, et cum ... et sic habeatur sicut chartula illa, quam antecessores nostri fecerunt, denunciat.

Si aliquis de nostris, uel de extraneis hoc nostrum contradixerit factum, sit maledictus sit maledictus (*sic*) et excommunicatus, et cum Iuda Domini traditore in inferno damnatus, persoluatque abbatisse, uel uoci huius monasterii pulsanti mille libras auri et quod inuaserit in quadruplum reddat, et hoc nostrum factum semper maneat firmum.

Facta charta era M^a CC^a XVIII^a II Idus decembris. Regnante Rege Fernando cum filio suo rege Alfonso in Legione, Gallecia, Asturiis, Estremadura.

Maiordomus Comite Urgeli. Signifero Gundisalvus Roderici de Azagra. Fernando Astoricensis ecclesie episcopo. Roderico Ouetensis episcopo. Manrico Legionensis episcopo. Wilelmo Zemorensis episcopo.

Ego Rodericus Petri et ego Petrus Pelagii, cum supradictis nostris germanis, et parentibus hoc scriptum quod fieri iussimus propriis manibus roborauimus et signum fieri iussimus.

(1^a col) Guter Roderici conf. Pelaez Tabuladelo conf. Fernandus Roderici de Benauento conf. Petrus Pelagii de Arnales conf. Pelagius Nicolaz conf. Rodericus Martini de Columbrianos conf. Gomez Diaz conf. Petrus Moro conf. Gomez Petri conf. Pelaez Petri conf.

(2^a col.) Petrus Monacino Alcalde conf. Bernaldus de Alymges Alcalde conf. Nicola Pelaez Alcalde conf. Rodericus Michael Alcalde conf. Petrus Michael Alcalde conf. Garsia Muniz Alcalde conf. Fernandus Cotan Alcalde conf. Stephanus Petri Alcalde conf. Pelagius Arganza conf. Sanctius Nicola conf.

Concilium Beneuenti conf. Concilium Sancte Columbe conf. Petrus testis, Ioannes testis, Pelaez testis. Nunus notuit.

15

1182.

Don Lope, freire del Hospital de San Juan, junto con su mujer María Peláez y su socio Juan, donan al obispo de Oviedo la tercera parte de los diezmos de la iglesia de San Juan de Villafer, en el arcedianato de Benavente. La iglesia había sido construida por Suario, arcediano de Benavente.

ACO, Regla Colorada, fol. 120r. y v.

ED. S. GARCÍA LARRAGUETA, *Colección de documentos de la Catedral de Oviedo*, Oviedo, 1962, doc. 199.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Lope fater (*sic*) Hospitalis Sancti Iohannis una cum uxore mea Marina Pelayz et cum consocio meo Iohanne fratre Hospitalis, facio cartam donacionis et concessionis de tercia hominum decimacionum tam de nostro labore et de nostra cultura quam aliunde prouenientium ad ecclesiam Sancti Iohannes de Uillafer tibi Roderico Dei gratia Ouetensi episcopo et omnibus successoribus tuis in cuius diocesi diocesi (*sic*) predicta ecclesia est fundata, uidelicet Ouetensis ecclesie. Facio siquidem hanc donacionem et concessionem propter hoc quod Rodericus Ouetensis episcopus un[a] cum Suario Benauenti et ipsius diocesis archidiaconus fecit ipsam ecclesiam fundari et reliquiis doptari et concessit supradictam ecclesiam comuni iure et communi consuetudine ceterarum ecclesiarum prestancium terciam decimacionem ita scilicet quod terciam decimacionem et prandium et unum arietem demus per unumquemque annum et persoluamus in pace ipsi ecclesie Sancti Saluatoris ex eius uicario nobis habendam.

Si quis contra hoc factum nostrum adisrumpendum uenerit, tam frater Hospitalis, tam de mea quam de alia progenie, quisquis fuerit qui talia commiserit, inprimis sit maledictus, et excommunicatus et cum Iuda Domini proditore et cum Datam et Abiron in infernum dampnatus et conponat ecclesie Sanci Saluatoris et uocem eius pulsanti mille morabitanos purissimi auri et potestati regie aliud tantum exsoluat.

Facta carta rege Fernando cum filio suo rege Alfonso regnante Legione, Gallicie et Asturiis. Comite Urgelensi maiorino in curia regis. Fernando Roderici castellano [domi]nante in Asturiis. Episcopo Roderico episcopatum in Ouetu. Tenente archidiacono Suario Benauenti et in illa uega de Coyanca existenti.

Ego Lope cum uxore mea Marinna Pelaci et cum socio meo Iohanne predicto hanc cartam quam fieri iussimus et legere audiuius propriis manibus roborauimus et signa nostra (*lac.*) iniecimus.

Facta carta era M^a CC^a XX^a. Qui presentes fuerunt Menendus archidiaconus conf. Gundsaluus archidiaconus conf. Dominicus Iohannes conf. Iohannes Dominiquiz conf. Coram testes, conf. Petrus testes, conf. Martinus testes conf. Iohannes testes conf.

16

1183, mayo, 4.

Donación que hace al monasterio de Moreruela Sancho Ordóñez de un hospital, con todas sus posesiones, en el camino que va a Benavente junto al Orbigo. Dona además la villa de Quintanella.

AHN, Clero, 3.549-13.

ED. I. ALFONSO ANTÓN, *La colonización cisterciense de la meseta del Duero. El dominio del monasterio de Moreruela*, Zamora, 1986, doc. 27.

(*Crismón*) In nom[ine patris et filii et Spiritus S]ancti. Rex geste oblione fugiu[nt] nisi litteris alligentur. Ea propter ego Sancius Ordonii pro Dei amore et anime mee necnon et parentum meorum remedio offero et dono Deo et Beate Marie et vobis Gundisalvuo, abbati de Morerola, vestroque conventui tam presenti quam futuro quoddam hospitale cum omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus, cum ingressibus et egressibus, aquis, molinis, molinariis cum pratis, pascuis, ortis, arboribus fructuosis et non fructuosis qui ibi usque in hodiernum diem adquisiuit et que deinceps adquisiturus sum perpetuo iure hereditario possidendum. Quod est situm in strata qua itur Beneuentum iuxta Torres et iuxta Villam Novuam et iuxta Secos et iuxta flumen Urbici. Dono itaque predictum hospitale cum omni hereditate sua quam habet in Alixa et in Merellas et in Quintana et in Villa Novua et in Pobladura et in Xemenes et in Vanacelames et cum omni hereditate quam predictum hospitale habet in omnibus locis. Insuper do vobis quandam villam meam que vocatur Quintanella que ex una parte sita est iuxta rivum ... parte iuxta Sanctum Pelagium quam rex Fernandus michi tribuit pro ... ssepissime feci. Has igitur omnes supradictas hereditates vobis tribuo et iure hereditario in perpetuum possidendum et dandum et vendendum vel quicquid volueritis inde faciendum cum omnibus terris, montibus, vallibus, ingressibus et egressibus, aquis, molinis, molinariis, cum pratis, cum solariis et eorum collaciis et cum ecclesia eiusdem loci et cum omnibus aliis rebus ad predictas hereditates pertinentibus.

Si quis autem ad hoc nostrum factum irrumpendum aliqua occasione insurrexerit Dei omnipotentis iram incurrat et cum Iuda proditore et omnibus reprobis penas in inferno luat

perpetuas et siquid de predictis abstulerit vel auferri fecerit prefato conventui in duplum restituat, et parti regie sex milia morabetinos componat.

Facta karta sub era M.CC.XXI, IIII nonas mai. Ego Sancius Ordonii hanc kartam quam fieri iussi propriis manibus roboravi.

(1^a col.) Comes Urgeli maiordomus regis conf. Fernandus Roderici conf. Guterrius Roderici conf. Martinus conf. Romanus conf. Stephanus conf.

(2^o col.) Froila Radmiri conf. Fernandus Roderici conf. Pelagius Tavuladelo conf. (*signum*) [Gun]dis[a]lvus qui scripsi conf.

(3^a col.) Fernandus astoricensis episcopus conf. Manricus legionensis episcopus conf. Wilelmus zemorensis episcopus conf. Totum concilium de Benavent conf.

17

1184, junio.

Juliana, abadesa del monasterio de San Salvador (en Santa Colomba de las Monjas), vende a Facundo Cipriano y a su mujer Marina Peláez, un suelo poblado y otro yermo en Imellas (Milles), y recibe en precio doce maravedís.

TML, lib. 2, d. 11, pp. 102-103.

ED. J.L. MARTÍN RODRÍGUEZ, *Orígenes de la Orden Militar de Santiago*, Barcelona, 1974, doc. 163.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Amen. Oblivionis sentimus incomoda dum ea que facimus qualicumque occasione, scripto non tradimus.

Eapropter ego Iuliana, Dei nutu consilio et auctoritate tocius conventi eiusdem monasterii, facio scriptum frimissimum Facundo Cipriano et uxori sue Marine Pelagii de hereditate quam habet ecclesia Sancti Salvatoris unde, ut dixi, ego, Dii miseratione, sum abbatissa, in villa que Ymelas dicitur; in ipsa villa ego et totum conventum vendimus supradicto Facundo Cipriani et uxori sue quantam hereditatem habemus ab integro, cum omnibus suis directuris et pertinentiis, uno solo populato; et iacet iuxta hereditatem que fuit de Petro Ravia, cum omni sua hereditate et cum omni sua pertinentia; et alium solum heremum cum omnia sua pertinentia, cum ortis, muradabilis, pratis, aquis, montibus, arboribus, terris cultis et incultis, exitus e regressibus ad omnia necessaria; et accepimus ab illis precium XII morabetinos, et ideo, ab hac die de iure nostro sit exuta hereditas ipsa et in dominio Facundi Cipriani et uxori sue tradita et confirmata ut habeant et hereditario iure possideant, et faciant de illa quicquid voluerint, et illorum successio post eos.

Si autem aliquis de nostri vel de extraneis contra hoc nostrum factum venerit, sit maledictus et excommunicatus et confracta manu et evulsis oculis, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, persolvatque illis vel eorum voce pulsanti CCC morabetinos et quantum invaserit illis in quadruplum reddat, et hoc nostrum factum semper maneat firmum.

Facta carta era M^a CC XXII, mense iunio, regnante rege Fernando cum filio suo rege A[defonso] in Legione, Galicia, Asturiis, Extremadura. Guter Roderici tenente Benevento, Fernando Astoricense episcopo.

Ego Iuliana abbatissa et totum conventum sanctimonialium, hoc scriptum propriis manibus roboramus, confirmamus signumque fieri iussimus (*signo*).

(*1^a col.*) Petrus Martiniz, alcalde, conf. Petrus Muniz, alcalde, conf. Fernandus Dormaz, alcalde, conf. Bartholomeus, alcalde, conf. Meu Cid, alcalde, conf. Iohannes Petri de Monesteriolo conf. Concilium Sancti Salvatoris conf. Concilium de Ymellas conf.

(*2^a col.*) Dona Urraca Pelagii conf. Dona Sendina, priorissa, conf. Dona Maior Petri. Dona Marina conf.

Petrus ts. Pelagius ts. conf. Iohannes ts.

Nunus notuit conf.

18

1184, octubre. Benavente.

Teresa Pérez, abadesa del monasterio de Gradefes, dona al monasterio de San Martín de Castañeda todo lo que posee en San Pelayo y Alcamín, para remedio de su alma y la de su marido, Rodrigo Pérez, enterrado en dicho monasterio de Castañeda. Carta redactada en presencia de los "bonorum hominum" de Benavente.

BN, Tumbo, fol. 3-3v.

ED. A. RODRÍGUEZ GONZÁLEZ, *El tumbo del Monasterio de San Martín de Castañeda*, León, 1973, doc. 77.

(*Christus*) In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Amen. Chatholicorum ac nobilissimorum hominum est sancta diligere loca ac religiosas uenerare personas et largis ditare muneribus atque ampliare possessionibus ut dando terrena adipisci mereantur eterna huius siquidem rationis intuitu ego Teresia Petri, Dei gratia monasterio de Gradefes abbatissa, amore Dei Patris omnipotentis et Beate Marie semper uirginis et ob remedium anime mee et parentum meorum et ob remedium anime fratris mei, Roderici Petri, qui in monasterio Sancti Martini tumulatus iacet do et concedo monasterio Sancti Martini de Castanaria et uobis Petro Numonis uenerabili eiusdem monasterii abbati et omnibus monachiis ibidem Deo seruientibus tam presentibus quam futuris omnem hereditatem quam habeo et mihi pertinet ab integro in Sancto Pelagio, qui iacet inter Uilardega et Toldanos. Do uobis et concedo quantum habeo et mihi pertinet in ipsam iam dicta uilla et in loco que dicitur Alcamino. In his locis do et concedo monasterio predicto Sancti Martini omnia quicque habeo et possideo et mihi habeat et hereditario iure senper possideat et abbas uel fratres eiusdem monasterii faciant de illa quicquid uoluerint.

Si autem aliquis de meo uel de alieno genere contra hoc meum factum uenerit sit maledictus et excommunicatus et confracta manu et euulsis oculis iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat persoluatque monasterio Sancti Martini uel eius uoce pulsanti M. morabetinos et quod inuaserit monasterio Sancti Martini in quadruplum reddat et hoc meum factum semper maneat firmum.

Cartulam uero quam frater meus Rodericus Petri monasterio Sancti Martini fecit ego concedo.

Facta carta era M^a CC^a XXII^a mense octubrio. Regnante rege Fernando cum filio suo rege Alfonso in Legione, Gallecia, Asturiis, Extremadura. Maiordomus Rodericus Lopez. Signifero Rodericus Fernandi. Manrico Legionensium episcopo. Uilelmo Zemoensium episcopo. Pelagio Nichole tenente Uillarpando. Guterrius Roderici tenente Benaunto.

Ego iam dicta Teresia abbatisa hoc scriptum quod fieri iussi proprio manu roboro, confirmo signumque fieri iussi et in Benaunto in presencia bonorum hominum confirmaui. Fernandus Alpando conf. Guter Fortuniz conf. Fernandus Fortuniz conf. Guter Caluo conf. Gundisaluus Roderici miles Sancti Iacobi conf. Fernandus Dornaz alcalde conf. Fernandus Alfonso conf. Petrus Gallego de Barceal conf. Fernandus Martini presbiter Sancti Ihoannis conf. Michael de Burganes conf. Fernandus Roderici filius Roderici Petri conf. Petrus testes. Iohannes testes. Pelagius testes. Nunus notuit.

19

1184, diciembre, 16.

Pelayo Peláez y su mujer Lupa, junto con sus hijos Pedro, Marina y Burguesa, donan al monasterio de Sahagún la heredad que tienen en Benavente constituida por lo siguiente: unas casa situadas en la colación de San Miguel, un huerto, tres viñas en Valcarrero, otras dos en Valle Oscuro y otra en el camino de Astorga. Añaden, además, una heredad que tienen en Morales del Rey que comparten con Fernando Petri de la Ponte.

AHN, Clero, 903-1

ED. J.A. FERNÁNDEZ FLÓREZ, *Colección diplomática del Monasterio de Sahagún*, V. IV (1100-1199), León, 1991, doc. 1414.

(Christus) In nomine Patris et Filii et Spiritus Sanctui, amen. Quoniam ea que cum labore et dificilius adquiruntur, sine labore et facilius amittuntur. Idcirco, ego Pelagius Pelagii, una cum uxore mea Lupa et consensu filiorum meorum Petri, uidelicet, et Marina atque Burgesa, timore Dei compunctus, pro remedio peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, dono et offero sanctis martiribus Facundo et Primitiuo hereditatem meam quam habeo in Benaunto de meo lucro et de mea ganancia; id est, casas meas que sunt in collatione Sancti Micaelis, inter casas Pelagii Monazino et inter casas Mioruillido, qui fuit mulier Didaci Petri; et ortum qui fuit de don Donat, qui iacet circa Raimundo Iohannis; et tres uineas in Ualle Carrero; et duas alias, in Ualle Oscuro; et aliam uineam, in carrera de Astorga. Adicio, eciam, huic donationi hereditatem meam quam habeo in Morales de Rege cum Fernando Petri de la Ponte, id est, terras, ortos, cum exitu et regresso ad montem et ad uallem et ad riuum, cum domibus eciam et cum omnibus ad eandem hereditatem pertinentibus. Ego, igitur, Pelagius Pelagii, una cum predicta uxore mea et prenomatis filiis meis, has omnes hereditates quas su[pra] nominaui, iam dictis sanctis martiribus Facundo et Primitiuo, offero, dono atque concedo; ut ab hac die et deinceps iuri meo sint abstracte, et dominio sanctorum martirum Facundi et Primitiui perpetuo sint mancipate, et abbas et conuentus eiusdem monasterii faciant de eis sicut de rebus suis quicquid uoluerint.

Si quis, autem, tam de mea quam de aliena progenie cuiuscumque fuerit conditionis, hoc meum factum firmiter stabilitum irritum facere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et pectet in coto abbati Sancti Facundi C morabetinos et triplet ipsam hereditatem in tali uel in meliori loco.

Facta karta era M^a CC^a XX^a II^a, XVII kalendas ianuarii. Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia. Maiordomus regis, Rodericus Lepi. Alfiazar regis Rodericus Fernandi. Guterio Roderici tenente Benaumentum. Dominico Iohannis maiorino in eadem uilla. Alcaldes eiusdem uille:

(1^a Col.) Fernandus Petri conf. Bartolomeus conf. Petrus Martini conf. Iohannes Petri conf.

(2^a Col.) Roderico episcopo Ouetensi habente ius episcopale in Benaunto. Auditores et confirmatores. Petrus Monazino conf. Rodericus Micaelis conf.

(3^a Col.) Fernandus Cotan conf. Petrus Uicencii conf. Sthepanus Petri conf.

(*En dos líneas inferiores*) Ego Pelagius Pelagii, cum uxore mea Lupa et filiis meis prenomminatis, hanc kartam quam fieri iussi propria manu roboro et confirmo et signum roborationis (*signum*) initio.

20

1185, noviembre, 25.

María Iohannis dona al monasterio de Morerueta todo lo que posee en Benavente y en Azoague: casas, huertos, tierras y viñas. El monasterio a cambio ha de darla comida vestido y todo lo que necesite. Recibirá además sepultura en el cenobio.

AHN, Clero, 3549-14

ED. I. ALFONSO ANTÓN, *La colonización cisterciense de la meseta del Duero. El dominio del monasterio de Morerueta*, Zamora, 1986. Doc. 28.

(*Crismón*) In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Quam res geste et que verborum disfuncionibus amortalibus solent determinari vel stabiliri longitudine tempororum ab eorum memoria facile elabuntur nisi litteris et scripto capte et provide comendetur ut cum neccesse fuerit in posterum facile et veridice pro ut gesta fuerint vel stabilita scripto referente inueniantur.

Iccirco ego Maria Iohannis pro amore Dei et pro redemptione anime mee et mariti mei Iohannis Cerido necnon et filiorum et parentum meorum do et concedo monasterio Sancte Marie de Morerola et cunctis fratribus ibi Deo seruiantibus tam presentibus quam futuris totum quantum habeo en Benaventh et in Azuagage, casas scilicet et ortum, terras et vineas et quantum ibi habeo vel habere potuero, totum eis do et concedo et potestati eorum comitto ut a die isto et deinceps eorum iuris sit et potestatis ut habeant et possideant totum hereditario iure imperpetum ut vendant, donet vel cambient aut faciant ex eo quodcumque voluerint ad utilitatem sui monasterii. Totum inquam quod habeo supradictis fratribus prefati monasterii do et concedo sicut supradictum est et tali etiam pacto ut ipsi de me curam habeant in victu et vestitu scilicet ut que necessaria michi decenter esse iudicaverint abbas supradicti monasterii de Moreirola, et prior sive

etiam ipsi fratres inpendant. Et ego secundum voluntatem abbatis vivens sicut ipse mandaverit me contineam et ad mortem meam me sepeliat et quantum pro uno de fratribus suis pro me faciant et notum sit etiam quod ancille mee que michi servient dum ego vixero in victu et vestitu provideant.

Et quicquid ob meum factum et huius mee donationis cartam contradicere vel impedire presumpserit iram omnipotentis Dei et domini nostri Ihesu Christi incurret et pro temerario ausu parti regie quingentos morabetinos persolvat et ipsis supradictis fratribus prefatam hereditatem in quadruplum restituat et carta ista inviolata et valens semper maneat.

Facta carta era M.CC.XXIII. VII kalendas decembris. Regnante rege dompno Fernando et filio eius rege dompno Alfonso in Legione et Gallecia, Asturiis et Estremadura. Maiordomo regis vacante. Alferaz regis Ponz Velaz. Compostellanus archiepiscopus Petrus Suariis. Ovetensis episcopus Rodericus.

[Hanc] kartam quam ego Maria Iohannis fieri iussi in tempore dompni Gundissalvi abbatis de Morerola et prioris dompni Felicis concedo et confirmo et manibus meis roboro et signum facio (*signum*). Sub testibus denunciatis Johan ... conf. Fernandus Vetrez conf. Don Gil el clerico conf. Meo Cid conf. Don Ordone conf. Don Munio conf. Don ... conf. Fernando Pelaez testis. Garcia Rodriguez testis. Martinus Scriban notuit...

21

1186, enero, 22.

Pelayo, arcediano de Astorga y tenente del hospital de Foncebadón, otorga fuero a los vecinos y amigos de Benavente y Villa Muza que quieran plantar viñas en Villa Muza, en la heredad de Foncebadón. Delimita esta heredad con Laguna de Pesca, con el camino que va a Santa Marina, con Benavente y con el camino que viene de Valcarrero.

AHN, Códices, núm. 970, fol. 390.

ED. A. QUINTANA PRIETO, *Foncebadón. Ensayo sobre su Historia*, AL, XVI, 32 (1962), pp. 295-296.

In nomine domini nostri Jesu Christi, amen. Ego Pelagius, Dei gratia astoricensis ecclesiae archidiaconus, tenens hospitale Fontis Sabatonis, autoritate et consilio domini Ferdinandi, astoricensis ecclesiae episcopi et ejusdem conventus canonicorum, vobis vicinis et amicis meis, hominibus de Benavente necnom et hominibus de Villa Muza, facio testamentum per cuncta seculorum secula mansurum. Do inquam vobis et concedo, qui plantatis vineas in Villa Muza, in hereditate Fontis Sabatonis, hujusmodi foros videlicet: ut qui majolum in supradicta hereditate plantaverit, labore illum per bonam fidem et sine ingenio malo, et quando ego vel mei successores voluerimus dividere ipsum majolum, dividatur per medium, non per cuartas, et ipse plantator dividat ipsum majolum, et ego vel mei successores accepimus cualemqumque voluerimus; et plantator, si manserit in Villa Muza, det totum decimum vini ipsius majoli ecclesiae Sancti Petri de Villa Muza, si autem in alio loco conmoratus fuerit, supradictae ecclesiae Sancti Petri de Villa Muza det medietatem decimarum fideliter; et si voluerit vendere partem suam et ego vel successores mei illi quantum alter, per bonam fidem et omnem fraudem remotam datum, dare [non]

voluerimus, tunc ipse plantator vendat cui voluerit, qui tamem supredictum forum faciat. Et si ego vel sucesores mei plantatoribus aliquam querimoniam objeceremus, secundum estimationem hominum emendetur tum ex parte mea tum ex parte eorum. Hoc autem forum et convenientiam facimus tam presentibus quam futuris plantatoribus, qui sortes per manum meam vel vicarii mei receperint. Hac autem hereditas terminatur ex una parte per Lacuna de Pesca et inde per Valle de Bono, et inde tendit usque in viam que vadit contra Sanctam Marinam, et ex utraque parte quomodo dividitur cum Benavento usque ad viam que venit de Valcarreto contra penam. De cetero firmiter statuimus ut singulis annis aliquot de plantatoribus veniant ad villam de Muzam extrema die januarii et determinent mecum vel cum meo vicario et eligant vinatorem, qui ipsas vineas custodiat, et similiter faciat in die Sancti Cipriani et determinent quando vindemient. Et hoc totum fiat per bonam fidem et ob profectum nostrarum vinearum.

Si quis autem Abbas, post nos venturus, vel nos omnibus facientibus forum supradictum in pace et quiete, hoc testamentum coinfringere vel vos inquietare voluerit, sit maledictus et excommunicatus et a sorte diei extraneus et cum Juda Domini proditore in inferno damnatus et pectet vobis vel ei qui vocem vestram persolverit mille morabetinos.

Facto testamento octavo kalendas februarii. Regnante rege Fernando cum filio suo rege Alfonso in Legione, Gallecia, Asturiis et Extremadura. Era millessima ducentessima vigesima quarta.

Fernandus astoricensis episcopus, conf. Thesaurius, conf. Lupus, archidiaconus conf. Conventus Canonicorum, conf. Concilium Benaventi conf.

22

1186

Fernando II confirma la fundación del monasterio de San Salvador de las Dueñas, en la Polvorosa, hecha en Benavente por los hermanos Rodrigo Fernández y Velasco Fernández.

CIT. J. LEDO DEL POZO, *Historia de la nobilísima villa de Benavente*, Zamora, 1853, p. 318. E. FERNANDEZ DURO, *Memorias históricas de la ciudad de Zamora, su provincia y obispado*, Zamora, 1881, I, pp. 373 y 378. J. GONZÁLEZ, *Regesta de Fernando II*, Madrid, 1943, p. 504.

23

1187, noviembre, 4

Bula de Gregorio VII. Bulla fecunda confirmationis Ordinis Calatravensis, in qua multa privilegia, exemptiones, et libertates fratribus conceduntur circa decimarum, et primitiarum

solutionem, divini celebrationem officii tempore interdicti, ecclesiarum constructionem, et alia hujusmodi, ut latius explicatur.

ED. *Bulario de la Orden Militar de Calatrava*, anno MDCCLXI, Nueva edición Barcelona, 1981, pp. 22-25. Existe confirmación de Inocencio III de 28 de abril de 1199 (pp. 31-35) y 20 de mayo de 1214 (pp. 42-46)

... Calatrava cum portaticis, et quintis, et omnibus pertinentiis suis. Castellum de Carocuel cum omnibus pertinentiis suis. Castellum de Alarcos cum omnibus pertinentiis suis. Castellum de Benebento cum omnibus pertinentiis suis. Castellum de Sufera cum pertinentiis suis ... Domos de Troncosa super Minium, cum vineis, et terris, et pertinentiis suis. Domum de Benebento super Orbegum cum pertinentiis suis. Vannexandines in terra de Astorga, cum domibus, et pertinentiis suis ...

24

1187, diciembre, 18.

Los alcaldes y el concejo de Benavente, "pedites et milites", con licencia del rey Fernando II y de su hijo Alfonso, venden a Pedro de la Fuente y Raimundo Poy la villa de Escorriel, perteneciente a su término, junto al río Cea, que antes había pertenecido a Juan Peláez. El precio fijado es 200 mrs.

AHN, Osuna, carp. 2-11.

REG. MARTÍNEZ SOPENA, *La Tierra de Campos Occidental*, Valladolid 1985, doc. 718. CIT. J. GONZÁLEZ, *Regesta de Fernando II*, Madrid, 1943, p. 157. M^a.L. MACEDA CORTÉS, *El Concejo de Benavente de los siglos XII al XIV*, En Estudios dedicados al profesor Angel Ferrari Núñez, t. II, Madrid, 1984, p. 586. S. HERNANDEZ VICENTE, *El Concejo de Benavente en el siglo XV*, Zamora, 1986, p. 62. J. RODRÍGUEZ FERNÁNDEZ, *Los fueros locales de la provincia de Zamora*, Zamora, 1990, p. 97.

25

1188, junio, 1.

El concejo de San Martín de Benavente da a la Orden de Santiago la iglesia de dicho concejo a condición de que la construyan y pongan un maestro que enseñe gratuitamente a los hijos de los donantes.

TML, lib. 1, d. 31, pp. 42-44.

ED. J.L. MARTÍN RODRÍGUEZ, *Orígenes de la Orden Militar de Santiago*, Barcelona, 1974, doc. 239.

In christi nomine. Amen. Nos, concilium Sancti Martini, viros ac mulieres, pari ac comuni assensu, sancivimus pactum et firmissimam convenientiam cum Sanctio Fernandi, venerabili magistro Milicie Sancti Iacobi et cum acomendatore Iohanne Massoco; et ne in posterum oblivione paciamur incomoda, evidenti consilio, pagine tradidimus et per alphabetum cum illis divisimus.

Amore Christi Filii Dei vivi et eius gloriosissime Matris et ob remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus et concedimus vobis iam dicto magistro et vestris militibus sive fratribus et vestris successoribus ecclesiam Sancti Martini cum omnibus suis directuris et prestanciis, tali siquidem pacto et racione vobis illam damus ut in perpetuum illam possideatis et laudabili opere illam construatis sicut in Benevento melior illa non sit excepto illas que ex lapidibus fectis construuntur; et hoc fiat a prima festivitate Sancti Martini usque ad secundam festivitatem ipsius Sancti Martini.

Filios parrochianorum istius ecclesie qui discere voluerint, vos previdete illum magistrum qui illos bene doceat absque munere.

Aliud siquidem adicimus ut si aliquis nostrorum qui modo hoc facimus ad talem devenerit egestatem quod non habeat de suo in quo vivat, vos hoc in Benevento vel in aliis vestris dominus previdete illi victum et vestitum mensurate et honeste omnibus diebus vite sue.

Vester capellanus si divinum officium servire neglexerit, et nos et nostros successores habeamus lecentiam pignorandi absque calumpnia in vestra domo et pectet nobis secundum morem aliarum ecclesiarum Beneventi.

Si autem aliquando vos vel vestros successores de hoc quod in cartula resonat, nobis vel nostris successoribus aliquid neglexeritis et nos per bonos homines vobis inde querimoniam fecerimus et vos illud emendare renueritis, nos absque ulla calumpnia accipiemus nostram supradictam ecclesiam cum suis directuris et habebimus licentiam dandi cui voluerimus.

Nos igitur parrochianos et heredes supradicte ecclesie, viros ac mulieres, hoc scriptum propriis manibus roboramus et qui illum infringere temptaverit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda, traditore Domini, in inferno dampnatus.

Et ego supradictus Sanctius, magister Militie Sancti Iacobi et totum nostri Ordinis capitulum similiter propriis manibus illum roboramus.

Facta carta era M^a CC^a XX^a VI^a, kalendas iunii, regnante rege Alfonso in Legione, Gallecia, Asturiis et Extremadura, maiordomus Nunno Ferrandi, comite Fernando Poncii tenente Benevento, Roderico ovetensium episcopo.

(1^a col.) Dompnus Didac, alcalde, conf. Dompnus Andreas conf. Petrus Andreas conf. Martinus Iohannis conf. Pelagius Salvatoris conf. Pelagius Cavalero conf. Pelagius Andree conf.

(2^a col.) Migael Andree conf. Dominicus Calvus conf. Iohannes Guerra conf.